

dominationis tempora insulae caput inde colligitur, quod viae a Nora ductae tam Bitiam quam Carales Noram caput habent inde milia numerantes. Nomen ponunt Stephanus Byzantius (Νῶρα πόλις ἐν Σαρδοῖ τῆ νήσῳ τὸ ἐθνικὸν Νωρανὸς ὡς Νωλανός), Cicero (pro Scauro c. 41: cum agerent parentalia Norenses omnesque suo more ex oppido exissent), Plinius 3, 7, 85, Ptolemaeus (3, 3, 3: Νῶρα πόλις, cf. c. 6 fin.), denique itineraria (supra p. 778, scilicet *Nura* in itinere n. V, nam *Nure* viae n. VII diversa est). De condicione oppidi neque auctores quicquam

suppeditant, nisi forte ex Plinii loco modo allato hoc effici potest fuisse oppidum civium Romanorum pariter atque Carales (nam in enumeratione oppidorum cum Norenses coniungantur cum Caralitanis adiecta copula, quae ad hos addita est determinatio *civium Romanorum* fortasse etiam ad illos porrigitur), nec tituli; neque enim aliud ex iis colligitur nisi Augustales ibi fuisse (n. 7544).

Titulos repertos Sanrocco sive Sarroc et Orri inter Noram et Carales cum Norensibus edidi.

7541 Pulae fuit in altari aediculae cuiusdam campestris SPANO. Est Cagliari in museo.

In superficie vestigia pedum

FAVONIAE M F
VERAE

QVAE · DOMVM · KARALIBVS
POPVLO · NORENSI DONA

5 V I T

M · FAVONIVS · CALLISTVS
AVGVSTALIS · PRIMVS

AVG · PERPETVS · D · D · sic

OB MVNIFICENTIAM · IN HON

10 OREM · FILIAE · PIENTISSIMAE

IVNONI · SACRVM

D D

Recognovimus. Index Taur.; della Marmora apud Gazeram decreto di patronato (act. Taur. 35 a. 1831 p. 25) et voy. II p. 491 n. 60; Casalis diz. 12 p. 52 et 15 p. 789; Spano Bull. Sardo 1855 p. 128. Henzen 7112.

10 ssi priores habent, hodie deest.

7542 Pulae antea supra sepulcrum S. Ephesii, deinde in ecclesia etus ante altare BONF. Ibidem vidit ANGIVS. Cagliari apud archiepiscopum Emanuele Marongio Nurra SPANO 1857. Iam ibi in museo.

SALVIS · D · D · NN · NN
THEODOSIO · ET PLACIDO · VALENTINIANO *semper augr a. 425-450*
SVE · DVCTOS OLIM LATICES · PATRIEQVE NEG · tos
RESTITVIT POPVLIS · PVRO · FLAVIOLVS · ANE
5 C V r a N T E
VALERIO EVHODIO PRINCIPALE · AC
· PRIMORE · EIVSDEM · VRBIS

Recognovi. Bonfant (1635) p. 389 (inde, sed adhibito altero exemplo, Mur. 466, 4); Angius bibl. Sarda fasc. 4 (Jan. 1839) p. 124 (cf. p. 326) et apud Casalis diz. vol. 12 (1843) p. 48, vol. 15 p. 789, vol. 18, 2 p. 594; della Marmora voy. II p. 477 n. 29 ex Angio, itin. 1, 230; Spano Bull. Sardo 1857 p. 72.

Principio integram videtur vidisse Bonf., a quo quae veniunt, dantur inclinatis. Reliqua eius varietas haec est: 1 finit in N tertia — 2 fin. SE... — 5 /CV ANTE — 6 EVNODIO — 7 PRIMARIO.

7543 litteris magnis optimae aetatis. Epistylia tria fragmenta, quorum duo sunt Pulae in ecclesia S. Ephesii, tertium ibidem supra portam quandam DELLA MARMORA. Prior pars est Pulae in hortis comitis Francisci Cugia pro portae limine superiore, posterior iacet bipertita ibi, ubi sunt ipsa Norae rudera, in ecclesia S. Ephesii SCHMIDT.

C · MCVIVS · C · F · SCAEV · oia
fundame · NTA · DE · SVA · PEC · FECIT

Recognovit Schmidt. Della Marmora voy. II (1840) p. 485 n. 49 (inde Casalis diz. 12 a. 1843 p. 53).

7544 'in promontorio Pulae' CARM.

AELIAE · PHILETE · VIXIT · ANNIS
XXXII · STATORIANVS · AVG · L
CONIVGI · PISSIMAE · FECIT
ancora

Carmona f. 43' sub titulo 'S. Aelia' profert duobus exemplis, quorum alterum supra legitur, alterum interpolatum (editum a Spano Bull. Sardo 1864 p. 31) adiecto Christianorum vocabulo *recessit* et emblemate piscis hoc est:

ancora

AELIAE · PHILETENE · Q · VIX...
ANN · XXXII · STATORIANVS
AVG · LIB REC.. CONIVGI PII
SSIMAE · ET · DVLCISS · B · M · FE
5 CIT

piscis

7545 Orri rep., hodie Cagliari in museo.

D M
C · POPEIANVS
VIX · ANN · XII
PATER · ET · MATER
5 FILIO FECERVIT sic
P I E T I S V M sic

Recognovimus. Spano catt. di Ottana 1870 p. 38.
2 POPEIANVS potius quam POPELANVS.

7546 cippus magnus. S. Rocco ante ecclesiam S. Georgii. — Orestani in vico S. Petri MVR.

<p>D M / VALERIO FELICI qui V AN LX FECERVIT / ILI VALERIVS FE 5 LIX ET VALERIVS VENVSTVS ET TI V / X V / IVS FELIX / P A T R I B M</p>	<p>D N I C E I I E SATVIT VNA · V · AN · XIX · VALE FELIX COIVGI B · M · F</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------

Descripsit Ioh. Schmidt titulum lectu difficilem. Priorem titulum Raibertus per Danium misit Muratorio 1283, 8.

Cernuntur I, 4 VALIRIVSIF, 6 VINVSIVS, 8 //ΔΙΡΙΗΜ. — II, 2 in. ante C fortasse littera nulla fuit; quid fuerit, nescimus. — SAI (vel T) VI, cernitur. — 3 A (vel C) NA, deinde VALEI cernitur.

7547 ab altera parte tituli n. 7551.

ΓIMI
TINA

Descripsi. Index Taur.